



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

20. Laudatio & descriptio Mundi: Ex Theodoreto & D. Cypriano.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

culenti non solent pretermitti : quod fustus postea declarabitur exemplis.

Tertium, stylus descriptionum duplex est, vnus historicus, pressus, acer, & concinnus, alter Epidicticus, paulo magis pictus, & effluens. Quid cuique loco, & argumento conueniat, prudentia satis iudicabit. Nunc aliquot exempla delibemus.

Laudatio, & descriptio mundi.

Ex Theodoro, & D. Cypriano.

CAPVT XX.

M Vndi laudatio, siue descriptio preclarum est dicendi argumentum, in quo omnes omnium penè disertorum calami desudant. Hunc autem fermè modum tenent, vt per causas, partes, & adiuncta filum trahant orationis. Sic Theodoretus oratione quarta de materia, & mundo, post exploras vniuersorum Philosophorum sententias, hanc primum rerum molitionem à sapientissimo, & potentissimo artifice commendat his verbis.

Ὁ δὲ τῆ παντὸς ποιητὴς, οὐτ' ἀργάων, οὐτ' ὕλης δέεται, ἀλλ' ὅσπερ ἐστὶ τοῖς ἄλλοις τεχνίταις, καὶ ὕλη, καὶ ὄργανα, καὶ μέτρο, καὶ χρόνον, καὶ πόνον, καὶ ὁμοίωσιν, καὶ ὁμοίωσι, καὶ τῶν ὅλων ἡ βόλησις. Ἡ δὲ ἔλασσε δὲ ὅσα ἡδ' αὐατο, ἀλλ' ὅσα ἄσπερ ἀρκεῖν ἐδοκίμασεν, ῥάδιον μὲν γὰρ ἦν αὐτῷ, καὶ μυστρίαι, καὶ διαμυστρίαι δημιουργῆσαι κόσμους.

Hæc vbi de opificis, potentia, & sapientia attigit, præcipuas vniuersi partes aggreditur. τῶν γεγονότων τὰ μὲν εἰσι ἀόδητα τὰ δὲ νοητά. καὶ τὰ μὲν ἐπιγίγναι, τὰ δὲ ὑπερβράνιο ἀναγκά. ὡς, καὶ ζωα πτωσίηται.

Solet deinde ad singulas partes oratio delabi, quas nitido, vernantique colore prosequitur. Quo in genere multa sunt exempla, quæ nos pluribus suo loco. Nunc istud Cypriani prolusionis instar audiamus.

Habet istam mundi pulchritudinem, quam videat, atque miretur; Solis ortum aspiciat; rursum occasum mutuis vicibus dies, noctesque reuocantem, globum Lunæ temporum

eursus incrementis suis, decrementisq; signantem; Astrommicantium choros, & à summo de summa mobilitate fulgentes; Anni totius per vices membra diuisa, & dies ipsos cum noctibus per horarū spatia digestos, & terre molem librata cum montibus, & profusa flumina cum suis fontibus, extensa maria cum suis fluctibus, atque littoribus: Interim constantem pariter summa conspiratione, nexibusque concordie extensum aerem medium, tenuitate sua cuncta vegetantem, nunc imbres contractis nubibus perfundentem, nunc serenitatem resecta raritate reuocantem; Et in omnibus istis incolas proprios in aere auem, in aquis pisces, & in terra hominem Hæc, inquam, & alia opera diuina, sint Christianis hominibus spectacula.

Laus imperij, Regionis, vrbis.

CAPVT XXI.

L Atissimus erit dicendi campus, si hæc capta mente complectaris, & per eadem filum laudationis extendas.

Erunt autem septem, Origo, in qua primum inquirendus fundator. An Deus, an Heros, an Homo, inquit Menander Rhetor, & de eius laude dicendum paucis, si obscurus, & incertus, satis eum super vrbis gloria commendari ostendes, si famę haud ita bonæ: apologia erit vtendum.

Diuturnitas, siue antiquitas, cuius frequēs est commendatio. Sic Athenienses, cum sole genitos. Arcades ante lunam natos prædicant. Si vrbis antiqua, dices legibus naturæ ita constitutum esse, vt quod antiquissimum est, idem quoque sit honore dignissimum. Si recens, eam instar puellæ pubescente, & ad optimas qualque spes in dies allurgere.

Fines, copie, opera, viti, virtutes. Quæ quidem omnia in Romæ laudatione apud Anstidem, & ceteros facite apparent, & animaduertet, qui grauissimos quosque authores legerit, quorum testimonijs vitur eruditus Lipsius de magnitudine Romæ.

Eius Origo est ab Ænea & Troianis. Antiquitas excedit annorum duo millia, & trecentos.

Fines, ab oriente fuerunt Euphrates, &

Vrbis laus quibus de curri capitibus. Origi. etc.

Romæ laus.